Quelle: https://manuscripta.at/?ID=671
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et ioseph. cami filiū. ei successorē dedit.

Eo siquidē tempe helena adiabenorū regina. et filii eius iahates ad sollēpnitatē iudeorū hac causa pueniente migrauerūt. Monobahus adiabenorū rex cui cognomen erat boheus. sororē helenā amore captus duxit uxorē. Que dū ex eo habere in utero. contigit ut dū ea dormiente sup uentrē mulieris manū poneret p soporē. et quandā subito uocē audierit p̄cipientē. ut manū de uentre eius auferre. ne infantē in ea uexaret. quia prouidente dō. et principiū eēt. et finē felicissimū possessurus. Qua uoce turbatus repente surgens. hec dixit uxori. et natū filiū iahatē noīe nuncupauit. Habebat autē ex helena et aliū seniorē filiū noīe monobahū. et alios filios ex aliis mulieribus procreatos. Maximā tamē deuotionē quasi unigenito iahati desiderabiliter impendebat. p quare ille inuidiā frūm sustinebat. habebat et odiū. quando cuncti contristabantur. quia eū pater omnibus p̄ponebat. Hoc pater aperte agnoscens. illis quidē ignouit. sciens quia nō hoc agebant p malicia. sed quō singuli fauorē patris habere desiderabant. Iahatē uero cū pro eo ualde metuere. ne odio frūm mali aliquid sustinere. multis muneribus farcinatū in castro pasini misit. ad abenerigū regē. comendans ei nati salutem.

Abenerigus autē libenter excepit. et p multa deuotione filiā suā amachos noīe ei dedit uxorē. donauitque pruinciā. ex qua percipere multa tributa. Monobahus autē cū iā senectute grauaretur. et paucū sibi tempus uiuendi sup eē uideret. uoluit aspectū filii ante quā moreretur inspicere. et uocans eū delectabiliter ē amplexus. cui dedit quoque pruinciā que dicitur carrorū. terra fertilis ammoni. in qua etiā reliquie sunt arca noe. que ex ymbriū diluuio liberata fertur. et actenus uidere uolentibus demonstratur. Commorabatur itaque iahatis in hac regione.

hic de est.

dartabanē particū destinauit. Cūque legibus crederet iudeorū studebat. et ipse conuerti. et credens se perfectū nō eē iudeū. nisi signū circūcisionis acciperet. eratque hoc agere p̄parat. Quod dū cognouisset mater eius prohibebat. dicens ei fore periculū. quia cū eēt rex multorū acquireret inimicitias subiectorū. cū peregrinas sollēpnitates et sue genti extraneas adimplere. nec pati eos sup se regnare iudeū. Et illa quidē hec dicens omnino prohibuit. At ille ad ananiā uerba referebat. quia mater dixit atque interminatus ē. quia nisi acquiescere repente discedere. Cui mater ait. metuere se ne causa omnibus indicata. periculū ipse supplicii sustinere. quia quasi auctor et doctor existere operū indecentiū apud regē. Tunc ille audiens hec respondit. quia posse et p̄ter circūcisionē colere diuinitatē. si omnino apud se decernere leges iudaicas obseruare. et hoc eē firmius quā circūcisionē accipere. ueniāque illi daturū dm̄ opus hoc nō implenti p̄pter necessitatē subiectorūque formidinē. Tc̄ igitur rex huiusmodi sermonibus acquieuit. Post hec autē cū nequaquam suū desiderium abiecisset. iudeū quendā aliū de galilea uenientē melahar noīe. et leges eruditū patriā inuitauit ut circūcisionis opus impleret. Qui cū intrasset ad eū. et inuenisset legē moyseos legentē. ignoras inquit o rex moyseos iura. et p hec dō facere uideris iniuriā. Non enim solū legere te oportet eas. sed primitus facere que p̄cepta sunt. Quādiu sine circūcisione p manes. legibus nequaquam nosceris obedire. Sed si nō dū ex hoc legisti lege ut scias qua p̄pter hoc geratur impietas uel nec lege. Hec audiens rex actū differre nō p̄tulit. sed ad aliā conuersus ē domū. et uocans medicū quod p̄cipiebatur impleuit. Tc̄ et uocata matre. et anania doctore. eis quod egerat explanauit. Qui repente nō mediocri timore sunt tristi. ne causa cunctis manifestata rex periculū deiectionis incurrere. nō pacientibus subiectis uirū extranei dei cultorē sibimet sup eē. ipsi pariter pericula sustinerent. quasi huius rei uiderentur auctores. Ds autē p̄sens erat qui illorū metū nō p̄duxit ad terminū. Nā cū multa pericula et iahatis et eius filii sepius incurrissent. eū ex ingentibus liberauit angustiis. et salutis dona concessit ostendens quia respicientibus ad eū. et ipsi soli creditibus nequaquam fructus pietatis aufertur. Sed hec quidē postea explanabimus. Igitur helena regis mater. uidens regē pacifice gubernari. et suū filiū eē beatū. et ultra cunctas gentes prouidentia diuina religiosū. desiderium habuit hierosolimitarū conspicere ciuitatē atque cunctis hominibus diuulgatū dei templū supplicitur adorare. et hostias pacificas offerre. Ob quā rē filio supplicauit. quo matri petenti pro ne consentiente. et multā p̄parationē itineris faciente. et plurimas dante pecunias. descendit in hierosolimā etiā filio multo eā itinere deducente. Cui aduentus hierosolimitis tc̄ p̄fuit ualde.

Nam dū eorū ciuitatē illo tempore fames apprehendisset. et multi fuissent egestate consumpti. helena regina misit quosdā suorū alios quidē ad alexandriā ut bē. ut frumenta ex eius pecuniis compararent. alios cyprū. quatenus caricas ex habundanti deferrent. Cūque uenissent onera hec deportantes. alimenta indigentibus illa diuisit. Qua p̄pter gentis nre